



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCXIV. ad annum CCCXLVI.

**Parisiis, 1644**

X. Vt is cuius vxor adulteraverit, aliam illa viuyente non accipiat.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15072**

## VIII.

De conféc.  
dist. 4. De  
Arianis.

7 De \* Afris, quod propria lege sua vtuntur vt rebaptizent, placuit vt si ad Ecclesiam aliquis de \* hæresi venerit, interrogent eum symbolum; & si <sup>\* h. Binius legit Arianis,</sup> peruiderint eum in Patre, & Filio, & Spiritu sancto esse baptizatum, manus ei tantum imponatur, vt accipiat Spiritum sanctum. Quod si interrogatus non responderit hanc Trinitatem, baptizetur. <sup>\* de hac</sup>

## IX.

<sup>i</sup> De his qui Confessorum literas afferunt, placuit, vt sublatis eis literis alias accipiant communicatorias.

## X.

Ino P. viii.  
cap. 258.

De his qui coniuges suas in adulterio deprehendunt, & iidem sunt adolescentes fideles, & prohibentur nubere, placuit vt in quantum possit consilium eis detur, ne uiuentibus vxoribus suis, licet adulteris, alias accipiant.

## XI.

De puellis fidelibus quæ gentilibus iunguntur, placuit vt aliquanto tempore a communione separentur.

## XII.

14. q. 4. Mi-  
nistri qui  
fenerant.

De ministris qui fenerant, placuit eos iuxta formam diuinitus datam a communione abstineri.

## XIII.

<sup>k</sup> De his qui scripturas sanctas tradidisse dicuntur, vel vasa dominica, vel nomina fratrum suorum, placuit nobis, vt quicumque eorum ex actis publicis fuerit detectus, non verbis nudis, ab ordine cleri amoueat. Nam si iidem aliquos ordinasse